

MUSE facile lectu

Itinerarium musei
cum notitiis
facilis comprehensionis



MUSE

Itinerarium editum ab:



Translatio:

Beatrice Cestari, Annalisa Lorandini,
Sara Pompermaier, Emily Valler
Liceo Classico G. Prati - Trento

Paginarum dispositio:

Sofia Bernardi
Istituto Sacro Cuore - Trento

Inceptum:

“Narro tibi MUSE...
in omnibus sermonibus”

Photographia:

Archivium photographicum MUSE

Mense Septembri MMXXVI

IV ULATUM

Alta cacumina

III TABULATUM

Biodiversitatis labyrinthus,

Discovery room

II TABULATUM

Geologia montium Dolomiarum,
ambientalia, es demonstrationes

I TABULATUM

Alpium Praehistoria, FabLab,

Sustentabilitas et Innovatio

PEDEPLANUM

Palaestra scientiae, Maxi Ooh!

TABULATUM SUBTERRANEUM

Vitae historia, ADN cuniculum,

Viridarium tropicum



MUSE

Ab anno MMXIII urbs Tridentum
novum museum scientiarum habet
cui nomen est MUSE.

MUSE in numero est
clarissimorum museorum Italiae.

Museum est
in recente Tridenti parte
cui nomen est Le Albere.

Pars urbis et museum
a claro architecto Renzo Piano
designata sunt.



MUSE

In vico Le Albere

multa sunt.

Exempli gratia:

MUSE, tabernae,

Biblioteca Universitaria Centrale,

horti et domus.

Apud museum

est Palazzo delle Albere.

Palazzo delle Albere

est aedificium magni momenti

in historia Tridentina.

Olim Palazzo delle Albere

Principis Episcopi

villa erat.

Princeps Episcopus

Tridentinae Ecclesiae et urbis Tridenti

caput erat.

Externa musei facies
similis montibus videtur.

Circum museum
et in vico Le Albere
sunt fossae et piscinae.

Apricis diebus
piscinarum aqua
in vitris reflectitur:
sic imago aquae
in fenestris videri potest.

In viridiis,
ubi domus non sunt,
inter Palazzo delle Albere et MUSE,
sunt horti herbarii
quibus scholae quoque
discendi causa
utuntur.

MUSE

Post hortos est magna cella
conservandis floribus calefacta,
ubi apto calore
plantae coluntur.

Ibi qui
in museo operantur
observant coluntque
plantas omnis generis
quae ex toto orbe terrarum
maximeque ex Torridis regionibus
adveniunt.

In interiore MUSE
semper multa naturalis lux est.
Musei parietes translucidi sunt
quod amplia specularia sunt
quae lucem introducunt.

Ita videmur semper
sub divo esse.



MUSE

Museum tolerabile est
quoniam aedificatum est ex materiis
quae in natura inveniuntur
neque naturalem ambitum inquinant.
Propterea museum
Certificazione Leed Gold accepit
quae publicum diploma est.
Diploma adfirmat MUSE
summa se ope niti
ut parum energiae consumet.



MUSE rerum naturam
et nexum inter homines
et omnes animantes narrat.

Ea quae MUSE continet
duo lineas fictas sequuntur:
altera linea ad perpendiculum stat
et ascendit in medium museum
ubi magnum vacuum est.

Vacuum usque ad tectum pervenit
atque altissimum est.

In vacuo
hospites experiuntur
sensum montis ascendendi
atque in edito loco versandi.



In vacuo
suspensa sunt
funibus chalybeis
aliqua animalia quae in Tridentina
regione vivunt:
ita bene ea videre possumus.
Animalia dissimile altitudine
suspensa sunt
quod in montibus dissimile altitudine
vivunt.
Exempli gratia:
aquila in edito loco est,
bos contra in inferiore loco est.




MUSE

Altera musei linea ad libellam iacet
uti sunt tabulata musei.

In museo quinque tabulata sunt
quae obire possumus,
ut velimus
id est aut de superiore ad inferiorem,
aut e contrario.

Tabulata in partes duas divisa sunt.
In altera parte animi motus
experiri possumus.

In altera parte
quaestiones perdiscere possumus:
exempli gratia
pelliculas videre possumus,
scripta legere
et reperta intueri.



Reperta sunt antiquae res
quae post longas investigationes
inventae sunt.

Reperta in vitreas thecas
posita sunt.

Architecti tamen
et qui in museo operantur
statuerunt
pleraque reperta supra mensas
ponere
nec thecis uti.

Ita non sunt impedimenta
inter hospites et res.



Red fox (Vulpes vulpes)
The red fox is the most widespread of all the canids in the world. It is found in most parts of the Northern Hemisphere, from the Arctic to the Mediterranean and from the Atlantic to the Pacific. It is a highly adaptable animal, able to live in a wide range of habitats, from tundra to forest. It is a skilled hunter and is known for its cunning and stealth. The red fox is a member of the Canidae family and the genus Vulpes.

Turdus viscivorus
Turdus
Mistle Thrush
Mistle Thrush

Vulpes vulpes
Vulpes
Red Fox

Animalia quae in museo servantur
taxidermiae sunt.

Taxidermia

est ars conservandi
et ostendendi animalia
naturaliter mortua.

Hac arte servatur
sola animalis pellis.

Pellis tegit
artificiosam formam.

Animalis corpus arte compositum
naturali stato positum est:
ita adhuc vivum esse videtur.



In primo tabulato spatia
vitreis parietibus sunt
ubi musei investigatores
operantes contemplari possumus.
Investigatores sunt studiosi homines
et studiosae mulieres qui student
omnia ad rerum naturam pertinentia
quae in museo videmus.

DE QUARTO TABULATO

Pellicula multa ostendit:

non solum

altorum montium pulchritudinem

sed etiam

montium pericula. Hic pelliculam

in longas parietes proiectam

perspicere possumus. In tabulati parte

in cuniculum inire possumus

ad lepidam experientiam faciendam.

Quartum tabulatum

altorum montium naturalem ambitum

monstrat.



IV Tabulatum

Montium pericula
exempli gratia sunt:
nivium lapsus, id est nix
per montis latus fluens
et celeriter ad vallem
delabens;
procellae; frigus;
lapidum casus.

IV Tabulatum

Extra cuniculum,
in saxeo pariete,
glaciei glotta est,
id est inferior pars
glaciei perpetuae.

Glacies perpetua
ex nive et glacie constat.

In MUSE

glaciei glottam tangere possumus:
sic percipere possumus
quantum frigida sit.



IV Tabulatum

Apud glaciei glottam
est parvum pratum
ex veris montium herbis.

Omnium herbarum congregatio
“flora” nomen habet.

In altera quarti tabulati parte
sunt mensae multa ostendentes et
pelliculas
quae recte aliqua docent.

IV Tabulatum

Exempli gratia docent:

quomodo aliquae herbae et aliqua
animalia

se climatis mutatione accomodati
sint;

quid montium lustratio sit
et quibus ludis in montibus

nos exercere possimus;

quid exploratio sit, id est investigatio
inventioque novorum locorum.

← Ad indicem reverti

DE TERTIO TABULATO

In tertio tabulato iter invenimus
cuius nomen est

Biodiversitatis labyrinthus.

Biodiversitas, id est:

complura animalia, herbae et plantae
qui coniunctim vivunt,
in eodem naturali ambitu.

In labyrintho transimus

per montanos ambitus,

de superioribus,

ut alpina prata,

ad inferiores, ut silvas.

Invenimus etiam

animalia quae ibi vivunt

exempli gratia Ursus Arctos

qui Tridentinae regionis symbolus est.



III Tabulatum

Extra iter

invenimus Canem Lupum

qui in Dolomianos montes revertit.

Contra labyrinthum

spatium est, quod silva videtur.

Hic pueri puellaeque

possunt explorare,

herbas tangere,

animalium signa observare

et silvae suaves odores olifacere

Hoc spatium

Discovery Room nomen habet.

Haec Britannica verba significant:

‘spatium inventionis’.

← Ad indicem revertite

DE SECUNDO TABULATO

In secundo tabulato
enarratur historia montium
Dolomianorum
qui sunt proprii Tridentinae regionis.

In tabulato ostenditur quomodo hi
montes
orti et immutati sint
per multa decies centena milia
annorum.

Olim pro montibus Dolomianis
mare tropicum erat.

Pelliculae explicant hanc mutationem.



II Tabulatum

In secundo tabulato
saxa, fossilia,
metalla videre possumus.

In hoc tabulato explicantur etiam
opes quae sub terra sunt
id est:
saxa ad monumenta pavimenta
aedificanda,
gemmae et metalla (exempli gratia:
aluminium).

In secundo tabulato aquarium
aquae salsae cum tropicis piscibus
est.

II Tabulatum

Aquarium illud ambitum monstrat
In quo Dolomiani montes orti sunt.
In eodem tabulato
est etiam magna piscina
in duas partes divisa:
vivarium et aquarium.



II Tabulatum

In vivario reptilium est
cui nomen Basiliscus Plumifrons est.
Basiliscus animal est
quod super aquae superficiem
currere potest.

In hoc tabulato
explicantur etiam pericula
ambientalia,
id est calamitates naturales.

Calamitates naturales sunt:
terrae lapsus et nivium lapsus,
alluviones
et terrae motus,
qui regionis faciem mutant
et omnibus
magno periculo sunt.

II Tabulatum

In hoc tabulato explanatur
quid “Protezione Civile” agat.

“Protezione Civile”

corpus est

quod regionem vigilat

et eos adiuvat

qui in periculo versantur.

← Ad indicem reverti

DE PRIMO TABULATO

Etiam primum tabulatum
in partes duas divisum est.

In altera parte
est iter in modum spirae tortum
quod de historia antiquorum
hominum narrat.

Homines antiqui sunt
qui in aetate Praehistorica vivebant,
id est ante plurimos annos.

Antiqui vivebant in Alpibus,
montes qui
septentrionalis limes Italiae sunt.



I Tabulatum

In hac parte videre possumus:

- humanas figuras ex materia artificiali;
- humanas reliquias et praehistorica reperta;
- aliquas pelliculas;
- explicationes.

In altera parte
hominum et Terrae
futura describuntur.

Ibi sunt mensae, reperta et pelliculae
quae referunt
quomodo homines
naturalem ambitum mutant.



I Tabulatum

Haec pars est una
ex primariis musei partibus:
ibi narratur de Terrae valetudine.


Museum conatur
hospites flectere
et ostendit quomodo homines
naturalem ambitum
suis moribus mutant.

Exempli gratia, climatis mutatio
calefactionem adluvionesque parit.

In media parte
magna sphaera est.

Sphaera tecto suspensa est
et “Science on a Sphere” nomen
habet.

Haec Britannica verba volunt:
“Scientia supra sphaeram”.



I Tabulatum

In hac sphaera videre possumus:

- dispositionem incolarum in Terra;
- aeroplanorum itinera;
- caelum et astra;
- Martis planetae superficiem.

In hac area est etiam

officina cuius nomen FabLab est.

In hac officina

inveniuntur et finguntur nova

machinis quae ab instrumentis

computationis administrantur.

In hac officina parantur exercitationes

pueris, puellis et adultis.

Le pietre dipinte di Riparo Dalmeri

Riparo Dalmeri è un sito proprio "scoperto" per quanto riguarda la più antica frequentazione delle Alpi da parte dell'uomo. La scoperta di numerose pietre dipinte in pora rossa con varie raffigurazioni, permette nuove interpretazioni sull'arte e sulla spiritualità degli antichi cacciatori-raccoglitori della fine del Paleolitico, verso circa 13.000 anni fa.

The painted stones of the Dalmeri rock shelter

The "Cave of the Dalmeri" is a site discovered for the oldest human presence in the Alps. The discovery of numerous painted stones in red ochre with various depictions, allows new interpretations of the art and spirituality of the ancient hunters-gatherers of the end of the Paleolithic, around 13,000 years ago.

Die bemalten Steine aus dem Riparo Dalmeri

Das Felsdörfchen Riparo Dalmeri ist ein neu entdecktes Fundament für die älteste menschliche Präsenz in den Alpen.



I Tabulatum

Plura cognoscere de

“Riparo Dalmeri”

In Tridentinae regionis parte,

Valsugana appellata,

MUSE investigator

Giampaolo Dalmeri

perfugium (“riparo”) invenit,

ubi antiqui incolae Alpium vivebant.

Alpes sunt montes

qui Italiam a septentrione terminant.

Homines qui in perfugio vivebant

cibi quaerendi causa

venabantur animalia (ut ibicem)

et bacas radicesque colligebant.

Ibi inventi sunt

lapides magni momenti.

I Tabulatum

In his lapidibus sunt imagines
animalium et hominum et multa
signa.

Inventa sunt etiam animalium ossa
et cornua ad ritus pertinentia.

Ritus sunt gestus, motus,
et carmina communiter confecti.

Ob perfugi inventionem
investigatores sciunt
antiquos homines quoque
nexum cum natura
quaesivisse.

← Ad indicem reverti

DE PEDEPLANO

In medio pedeplano
cui nomen est etiam tabulatum
“zero”,
scientiae palaestra invenitur.
Scientiae palaestra
musei area est
ubi experiri possumus
ut naturae leges melius intelligamus.
Experimenta et exercitationes
quae ibi agere possumus
nos adiuvant ut cogitemus et
inveniamus
ut docti doctaeque.



Pedeplanum

In pedeplano Maxi Ooh! quoque est,
id est spatium
ubi infantes,
cum adulto,
maxime se delectari possunt.

In hoc spatio
pueri puellaeque
possunt se libere movere,
multa manu tangere, sentire,
audire, perspicere.

Maxi Ooh!
facile et quietum spatium est.

In Maxi Ooh! pars est
ubi adiutor musei explicat
quomodo hospites se gerere debeant
et quid agere possint.

Pedeplanum

In hac parte hospes potest in
lecticulis se remittere,
librum legere et ludere.

In Maxi ooh!

tria spatia sunt
quae globi speciem habent.

In primo globo
pueri puellaeque
vident quid accidat
cum se in silva moveant.

In secundo globo
pueri puellaeque
sentiunt quid accidat
cum in silva sint.

In tertio globo
ludus sensuum est.

← Ad indicem reverti

DE TABULATO SUBTERRANEO

In tabulato subterraneo
evolutio explicatur:
quomodo vita in Terra
orta et mutata sit
a primordiis usque ad hunc diem.
Explicatur de veteribus animantibus,
de extinctis animalibus
quae iam non sunt,
velut dinosauria,
et de mammaliis,
quae in toto orbe terrarum sunt.
Mammalia sunt animalia
quae catellos mammant.



Tabulatum Subterraneum

In MUSE multa animalia sunt
quae viva videntur:

haec naturalibus causis
mortua sunt

et eorum pellis adhibita est
ad eorum naturalem speciem
ostendendam.

Haec ars taxidermia nominatur.

Inter mammalia

Rhynchocyon udzungwensis quoque
est.

Hoc animal

anno MMVIII

in Tanzania, Africa,

a MUSE investigatoribus
inventum est.

Tabulatum Subterraneum

Haec inventio
ab omnibus diariis et televisionibus
nuntiata est,
quod mammalium inventio
his temporibus rara est.

In angulo tabulati
frutex evolutionis humanae
ostenditur:

in pariete tempus humanae
evolutionis
delineatur.

Frutex evolutionis
omnia itinera explanat
a primis hominibus usque ad nos.

Tabulatum Subterraneum

In pariete
veteres humanorum species
spectantur
quae ante nos vixerunt.
Hodie in toto orbe terrarum
omnes una species sumus,
quae “Homo sapiens” appellatur.



Die Mangroven, ein einzigartiges Ökosystem

Mangroven sind ein einzigartiges Ökosystem, das in Küstengebieten mit fließendem Wasser vorkommt. Sie sind durch ihre charakteristischen Wurzelsysteme, die in den Boden reichen, gekennzeichnet. Diese Wurzeln helfen, das Sediment zu stabilisieren und das Wasser zu filtern. Mangroven spielen eine wichtige Rolle im Kohlenstoffkreislauf und bieten Lebensraum für viele Arten von Tieren und Pflanzen.

Die Mangroven, ein einzigartiges Ökosystem

Mangroven sind ein einzigartiges Ökosystem, das in Küstengebieten mit fließendem Wasser vorkommt. Sie sind durch ihre charakteristischen Wurzelsysteme, die in den Boden reichen, gekennzeichnet. Diese Wurzeln helfen, das Sediment zu stabilisieren und das Wasser zu filtern. Mangroven spielen eine wichtige Rolle im Kohlenstoffkreislauf und bieten Lebensraum für viele Arten von Tieren und Pflanzen.



Tabulatum Subterraneum

In posteriore spatio

ADN (Acidum desoxyribonucleicum -
DNA) explicatur

et historia vitae narratur.

ADN

in cellulis est

et geneticas informationes
continet.

Postea

magnum spatium est

ad exhibitiones adhibitum.

Tabulatum Subterraneum

Exhibitiones paucos menses
permanent.

In extremo spatio
magna aquaria sunt
quae aquas dulces fluminum
lacuumque
continent.

In aquariis
pisces et herbae Tanzaniae vivunt.
Tanzania Africae regio est.

← Ad indicem reverte



Tabulatum Subterraneum

Percurso hoc spatio
initur tropicam cellam
calefactam ad flores conservandos.

In hac cella
aliquot plantae et animalia vivunt
quae in Tanzaniae montibus oriuntur.

Cum in tropicam cellam intramus,
videmur venire
in veram tropicam silvam
inter ranas et aves
et inter plantas ut *Theobroma cacao*,
Coffea,
Musa et *Vanilla planifolia*.

Tabulatum Subterraneum

Investigatores musei
etiam herbas et animalia
Tanzaniae investigant.

← Ad indicem revertite



MUSE - Museo delle Scienze

Corso del Lavoro e della Scienza, 3
38122 Trento

www.muse.it

